



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Ioannis Baptistae Egnatii Veneti Romanorvm Principvm Liber Primvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**

## IOANNIS BAPTISTAE

EGNATII VENETI ROMANORVM  
PRINCIPVM LIBER PRIMVS.

C. IVLIVS CAESAR DICTATOR.



**P**RIMVS hic perpetuam dictaturā inuasit. Debellata enim intra decenniū Gallia, tentata tunc primū Britannia, & Germanis in sylvas, ac paludes suas compulsis, in Italiam descendit: eaq; solita celeritate recepta, Hispanijsq; pacatis, Pompeiū Magnū Pharfalico praelio fudit, cumq; de omnibus hostibus triumphasset, tandē amicissimorū cōiuratione oppressus perijt ætatis anno VI ac quinquagesimo, dictaturæ uero in itæ anno III. Vir pacis, bellicq; artib⁹, & in primis demētia longe clarissimus, si libertatis assertor, q̄ inuasor esse maluisset.

OCTAVIVS CAESAR AVGVSTVS.

**T**Ribus ac uiginti uulneribus interfecto Cæsare, felicissimus omniū ad hanc diem successit Octavius ex Accia Cæsaris nepte. Vindicatis em̄ patris intersectorib⁹, uictorq; civilibus bellis omnibus, nouissime Antonio ad Actium nauali pugna superato, quo cum duodecim annos reimp. tenuerat, triumphator orbis totius, pacisq; restitutor æternæ, per quatuor ac XL annos imperiū rexit: urbemq; Romā optimis institutis, ac legibus, magnificentissimisq; operibus sic excoluit, ut merito parens patriæ primus, atq; Augustus diceret. Obijt Nolæ septuagesimo sexto ætatis anno, cum LVI imperasset. Ad cuius imperij felicitatē illud accessit, quod seruator noster CHRISTVS lux gentium & orbis sub eo nasci uoluit: ut quem summis animi, corporisq; dotibus principem clarissimum terris dederat, eodem etiā generis humani parens optimus & maximus nasceretur. Huius felicitas cæteris optata principibus.

TIBERIVS NERO.

**T**Ristissimus omniū mortaliū optimo principi successit Tiberius, Liuiæ uxoris magis impulsu q̄ Augusti iudicio: quippe cuius neq; mores, neq; ingenium unq; probasset, pertinaciam & infinitā eius sauitiā pertesus: principatū ab initio dissimulato ingenio, & matris reuerētia, non incōmode gessit, mox capreensi secessu luxuriæ, ac cædibus uacans, cum prouinciæ undiq; uastarent. Caligulæ nepotis astu & fraude perijt octauo ac septuagesimo ætatis anno, tertio & uigesimo imperij. Huius imperij anno duodeuigesimo CHRISTVM seruatorem nostrum Iudæi cruci affixerunt: ex quo ad supremam gentis internitiōnem nunquā seditione, fame, ferro, peste laborari ab his desitum.

C. CAESAR CALIGVLA.

**P**Ræfuit hic Reip. annos quatuor, magis in Germanici patris gratiā populo ac militibus

ac militib<sup>9</sup> comēdatus, q̄ ingenio suo, primus em̄ à Caesarū stemmate penitus degenerauit, ut nō immerito fax humani generis dictus sit. certe uox eius nefaria excepta, unam ceruicē populo Romano optantis, q̄ facilius uno ictu abscidi posset. Cassij Chereæ & aliorū cōiuratione ferro occubuit annū agens XXVIII. de quo sit dictum, nec meliorem ab initio principem, nec peiorē postea fuisse.

## CLAVDIVS CAESAR.

**N**escias in hoc principe quid primū accuses: adeo uecordia cum sauitia, ac luxuria certabant: qui fato potius, ac fortunæ ludibrio ad imperium, cum latitaret extrema pertimescēs, interfecto Caligula uenerit: quod nō minore sordidia q̄ crudelitate per annos XIII uexarit. Quanta fuerit eius stultitia, hinc aduertas. Messallina uxor portentosa libidinis fœmina C. Silio nupserat: qua uix interfecta, Agrippinā Germanicī fratris filiam nouo exēplo nouercā liberis duobus superinduxit: & Britannico filio priuignum Neronē anteposuit: cuius insidijs, & Agrippinæ ueneno in boleto dato periit senex ætatis anno LXIII.

## DOMITIVS NERO.

**F**ax altera totius orbis iure à nobis dicat: qui ex Domitio, atq; Agrippina natus, imperij Romani maiestātē paternā, maternāq; cæde polluit, libidinē adeo effrenatā, ut matris cōcubitū appetisse credat. ipse certe sumpto flammeo nuptiali spōsalia celebrauit. sauitiā tantā, ut præter urbis incendiū, & uxoris Octauiaæ cædem, primus Christianū sanguinem Petro & Paulo interfectis hauserit. Et ne quid scelerū deesset, publice cātauit, in scenāq; operā exhibuit. Tandem deficiente Galba hostis à Senatu iudicatus, nec fortiter perire potuit, adiutus alterius adigēdo ferro manu, periit ætatis anno XXXII, Imperij XIII. Quinquennio sub initia omnium princeps optimus existimatus, etiā Traiani testimonio, procul distare ceteros principes à Neronis quinquēnio prædicantis.

## SERGIVS GALBA.

**N**obilissima Sulpitorū familia natus, ac per omnes dignitatis gradus ad procōsulatū Hispaniæ euectus, iam grandis natū imperium septimestre maiore hominum ab initio fauore q̄ lato successu tenuit. Auaritia & sauitia in eo principe iuxta infames: ex q̄ inuisus cunctis, cū Pisonē in cōflatā inuidiæ remediū adoptasset, annos LXX. natus in medio foro à M. Othone iugulat.

## M. SILVIVS OTHO.

**M**ale partum principatum adeptus, & aduersa per omnem ætatem fama, laudabili fine clausit. Dum enim IIII uix mense exacto Bebricenses campis bellum ciuile contra Vitellij duces execraretur, papillam pugione sibi transfixit: adeo militibus charus, ut multi ad eius exemplum, ante mortui pedes semet interfecerint. Vixit annos XXXVII.

## VITELLIVS.

**P**udet tot dedecorū, sed ad institutā seriem pertinet & hunc ipsum referre. Qui patre L. Vitellio, & matre longe optima natus, militari factione, dum legatus Germaniæ superiori præest, imperiū inuasit, fœdo ingenio, uentriq; ac gula natus, & q̄ usu in his uenit, sauitia par. Ceterū Vespasiano principe de-

aa 3 darato,

clarato, cæno, simóq; iactatus, ac furca sub mentum posita diu per urbem tra-  
ctus in scalis Gemonijs omnium ludibrio diu iacuit. Vita illi annorum LVII.  
Imperium uix octimestre.

## VESPASIANVS.

**F**essam, atq; labantē rep. triū principū tyrannide poti⁹, q̄ imperio, flauix  
gētis autor Vespasian⁹ primus restituit. Nam per x annos, quib⁹ imperiū  
rexit, singulari studio, ac puidencia rem administrauit, & ne Cæsarianū desyde-  
rare nomē, effecit. Hierosolymis expugnatis, cū filio triumphauit. Auaritiā ne-  
culpes in eo, & tēporū calamitas, & laudabilis eius usus facit. adeo inimicitiarū  
omniū princeps oblitus, ut Vitellij hostis filiam locupletissime dotatā, splendi-  
dissimo iungeret uiro: & insolecentē Mutianū, imperijq; participē agentē adhi-  
bitis familiarib⁹ fatis habuerit admonere, se quoq; hominē esse, mors ei⁹ quan-  
tam animi tranquillitatē secū afferret, ostendit: dum alleuatus inter assidentīū  
man⁹, stantē ait imperatorē mori decere. Perijt anno ætatis undeseptuagesimo.

## D. TITVS VESPASIANVS.

**A** Morē, ac delitiās humani generis Titum infesta mortalib⁹ numina intra  
bienniū sustulere. Huius præcipuam clemētiā, ac liberalitatē, uirtutesq;  
alias eximias per totū eius principatū magis comēdauit & uitæ antea actæ licen-  
tia, & sub initia luxuriæ, & auaritiæ suspicio, ut Neronis tyrannidē pleriq; augu-  
rarent. Sed mutatus adepro imperio in melius, declarauit ei⁹dē esse ingenij &  
pessima, & optima interdū ferre. Hic Hierosolyma expugnauit, sagittandi peri-  
tissimus, & literis impēse doctus, uox ei⁹ quādoq; memorabilis audita: recorda-  
tus em̄ super cœnā, q; nemini eo die officiū contulisset: Amici, inquit, diem per-  
didi. Huius imperio Vesuius cōflagrauit: incendium Romæ totū triduum, &  
lues fuit. Perijt ætatis anno XLI. in summo omnium mœrore.

## DOMITIANVS.

**E**cquis Titi nō doleret interitū: tali præsertim successore, qui p omnia patri,  
fratriq; dissimilis, sæpe etiā uiuētib⁹ aut cōtumax, aut obtrektor, Neroni  
ac Caligulæ ppior uixit: dissimulatāq; male sœuitiā p omnes ordines effudit.  
Quare nihil illi pater, fraterq;, aut Cattorū, Germanorūq; clades, aut biblio-  
thecarū incēsarū restitutio profuit, quin cæde illustriū uirorū inuisus omib⁹ fa-  
ctus, suorū tandem cōspiratione post uitæ annū quintū ac quadragesimū, im-  
perij quintū ac decimū cōfossus occubuerit, omniāq; eius acta rescissa sint.

## COCCEIUS NERVA.

**M**eliore reip. fato, qd' aurea gibba Domitiano post ceruicē in somnis ena-  
ta portēdit, Cocceius Nerua suscepit imperiū, Parthenio id deferēte: cla-  
rissimis ortus haud dubie natalib⁹, ut Dion autor est, & iam senex, qui cū alias  
leges, tū ne mares castrarent edicto uetuit. summæ ciuilitatis & clemētiæ etiā in  
eos, qui in illū cōiurauerāt. Vt optime uero semp de omib⁹ merit⁹ esse uideat,  
Traiani præsertim adoptione factū est, quē absentē, dum senectā suā cōtemni  
uidet. Cæsarem appellauit, Homericō etiā uersu ad imperium adhortatus.

Ἰσαὰρ δ' ἀναοὶ ἐμὰ δ' ἀκροα σοῖσι βέλεισι.

Imperauit

Imperauit anno uno, mensibus IIII. Vixit annos LXVIII.

VLPIVS TRAIANVS.

**O**ptimus omnium princeps externorum primus Traianus, adoptione Neruæ imperium meruit, domi sanctus, foris adeo datus, ut præter Daciam provinciam factam, uicto etiam eorum rege Decebalo, Parthos superarit, superatis regem dederit, Transigritanas provincias imperio adiecerit, Armeniam, atq; Arabiam peruastarit: ut nihil omnino habuerit, in quo culpari merito possit. Amicitiarum cultor, simplicium ingeniorum, atq; eruditissimorum admirator, iuris humani, diuiniq; consultissimus: ipse à literis & Musis haud abhorrens. Huius cineres & ossa in urbem relata, Cochlidae columna supposita cum eius imagine, quæ superstaret foro à se extructo. Quanta fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi solitæ declarent, cum Augusti felicitatem, bonitatem Traiani his adprearentur. Vixit annis LXIII. Imperauit XX.

AELIUS ADRIANVS.

**H**ic Italicae stirpis Aelio Adriano, Traiani consobrino Adriæ ortu genitus, Plotina, ut creditur, fauente imperator est factus, ingenio sublimi, uario, literarum omnium peritissimus, sed matheseos in primis: idem architectus, musicus, statuarius, multarum deniq; artium magis non expers, quam callens. Doctorum hominum nunc irrifor, & æmulus, nunc fautor, & beneficus. Disciplinæ militaris scientissimus, in qua multa etiam correxit, principibus, qui secuti postea sunt, ea maxime probantibus, peregrinationis adeo studiosus, ut omnes ferme provincias pedibus etiam peragrans obierit. Miserabili tandem fato consumptus est, ut in seipsum sauire poterit, si per domesticos licuisset. Imperauit annos XX. Vixit LXII. Inuisum eum fecere uiri illustres, non pauci sub eius exitum exilio, aut morte multati.

ANTONINVS PIVS.

**H**ic è transalpina Gallia paternum genus Nemaufense. Pij cognomente, causæ diuersæ tradunt, illud mihi maxime probabile, ut à morum probitate, affectuq; in Adrianum, & seruos eos, quos Adrianus interfici iusserat, id traxerit. Numæ Pompilio maxime similis. Nam per annos tres ac uiginti nullum sub eo bellum fuit. Amor ac timor gentium in eo certarunt, bellum mouere timentibus his aduersus principem, quæ ut numen aliquod uenerarent: nec ille gloriæ ita cupidus, ut per aliorum damna, cædesq; eam appeteret. Nam & à coniuratis uim omnem abstinuit, & in cōscios quæri uetuit, ne plures inuenti odium auerent. apud Lorios duodecim millibus passuum ab urbe septuagenarius, cum M. Antonium philosophum adoptasset, obiit febre.

M. ANTONINVS PHILOSOPHVS.

**Q**uam læta, felixq; successio optimis, pijs, philosophis imperatoribus referendis: utinam qui sequentur, tales merito dici possent. Nam hic ea ingenij bonitate, his uirtutibus excelluit, ut exemplum desit: & ea temporum calamitas affuit, ut solus eternis publicis obstiterit. Nisi enim hic profuisset, maiestas Romani nominis facile tunc cecidisset, Marcomannis, Quadis, septentrione omni hinc sauiente, inde Persis orientem uastantibus, lue interim, inundationibus fluminum, locustarum uel omnia populantibus.

aa 4 sed uicti

sed uicti primū Veri principis auspicio Persæ. Marcomannicū mox bellū, Christianorū etiā ope, qui tunc militabant, ex sententiā per ipsius principis presentiam cōfectum. Ad qd' gerendum principalis supellex hastæ subiecta, cum pecunia in stipendium deesset. felicissimus certe princeps, nisi hæredem Commodum reliquisset post annū imperij duodeuigesimū, ætatis quinquagesimumnonū.

## COMMODVS.

**A**dolescēs mortuo in Germania patre, imperator omnium uotis est dictus. Et quis filiū Antonini reieccisset, ille uero etiā patri nō satis probatus, statim Caligulæ, ac Neronis simillimus euasit: libidine, auaritia, & crudelitate illis antefendus. Nam in scena sæpe aurigæ habitu prodijt. Ludis gladiatorijs & Dalmaticatus præsedet, & in amphitheatro gladiator dimicauit. Athletarū etiā more publice se exercuit. Quæ omnia actis instruenda publicis curauit. Tandem Læto autore, & cōcubina Martia, post tertiuūdecimū imperij annū strangulat.

## AELIUS PERTINAX.

**S**ucesserat haud dubie flagitiosissimo principi princeps optimus, si nō illum Militaris auaritia, satis in peius omnia trahētibus, intra octuagesimūquintū imperij diem de medio sustulisset. Alba Pompeia in Liguribus huic patria, genus humile, ac sordidū. Virtus atq; innocētia summa, militiæ clarus, & in ea ad summas dignitates euectus, unde & pilæ dictus est ludus. Hic cum summā de se expectationem omnibus daret, Læti insidijs, qui imperium illi astruxerat, & militari factione: Iuliano, qui successit, non inscio, LXXI ætatis anno perijt.

## DIDIVS IULIANVS MEDIOLANENSIS.

**I**mperiuū, qd' p scelus necis imperatoris cōsciū, primus etiā licitatus esse dicitur. Intra septimū mēsem cū uita simul amisit: neq; eū militi gratus, ob nō integrum donatiuū datū, & populo etiā inuisus ob perfidiam in principē optimū. Quare inter utriusq; odia destituit, Septimij Seueri iussu, qui imperatorē se appellauerat, dānatorū more necat. Vocesq; in illū graues à populo sepe iactatæ.

## SEPTIMIVS SEVERVS.

**A**frica illa olim imperij Romani æmula, hunc genuit imperatorem magis necessarium, q̄ inutilem. Vnde etiam iactatū uulgo, aut nunq̄ nasci debuisse, aut nunq̄ mori. Nam & imperium fortiter administrat: & sublatis in oriente Pescennio Nigro, in Gallijs Clodio Albino, quem & Cæsare dixerat, orientē omnē Parthis, Arabibus, Adiabenis deuictis, Romanæ maiestati restituit. Arcus adhuc Romæ uictoriæ monumentū titulis magnificētissimis uisitur. Britannos tumultuantes cōpescuit uallo per XXXII passuum millia à mari ad mare ducto, ubi etiā duodeuigesimo imperij anno septuagenario maior ex articulari morbo decessit. Bellicis artib; clarus: pacis, nisi sæuitia, ac perfidia eas inquinasset, nō cōtemnendus. Cæterū literarū non ignarus, matheseos peritus: à latinis nō abhorrens, nisi Punicū quid redderet. Cædib; illustriū uirorū adeo infamis, ut Punicas clades in toga cæforū ciuiū Romanorū sanguine repēderit.

## ANTONINVS CARACALLA.

**V**estis huic, quam talem è Gallijs aduectam, Romano populo donarat, cognomen

cognomē addidit. Seuero patri adhuc uiuenti cōtumax, nec minus in fratrē Ge-  
tam impius, quē patre mortuo statim occiderit: militi tamē gratus, cū ob ingens  
donatiūū his datum, tum qd' in castris Gregarij penē militis uices ageret. Ale-  
xandri Magni admirator, quem collo in lauum humerū detorto reddere cupe-  
ret. Hic orbe peragrato Alexandrinorū dicacitatem ultus ingenti eorum cæde  
Persas dolo magis, q̄ uirtute fudit. sexto demum imperij anno militum dolo  
Carris, dum uentris oneri leuando intenderet, interficitur XXX ætatis anno.

OPILIVS MACRINVS.

**O**bscurissimis parentibus ortus Maurusij generis, malis artibus, ac puden-  
dis ad præfecturam euectus, à iuris tamē scientia non alienus: sed uenali  
fide, ac uita semper sordida post interfectum Antoninū, imperium cum Dia-  
dumeno filio formosissimo Macrinus inuasit: quod cum per annum & menses  
duos obtinuisset, uictus ab Heliogabalo cum filio, quinquagenario maior fu-  
giens obruncatur. Data est dictio consulenti super imperio talis.

Ὁ γέρον ἢ μάλα δῆσε νέοι τείρουσι μαχίται  
οὐ δὲ βίη λείπεται, χαλεπὸν δὲ σὲ γῆρας ἰκάνει.

VARIVS HELIOGABALVS.

**A**Syrium (quis credat?) principem nescio, maiori ne fortuna ludibrio, an  
Romanæ maiestatis suggillatione orbis hunc per duos & amplius annos  
tulit, & cū incestum, siquidem uerum erat Caracallæ filium ex Scenide conso-  
brina natum. Qui ex oriente Romam profectus, interfecto (ut dixi) Macrino,  
tralato etiam inde Heliogabali numine ad urbem, in summa omnium expecta-  
tione uenit: sed illi mox omnia in ludibrium, aut odium conuersa sunt. Nullus  
enim principum ad hanc diem maiore libidinis flagrauit infamia, uti se in mu-  
liebrem sexum exsecari curarit. Nullus maiore luxu opes prodegit imperij: nul-  
lus deniq; cōtaminatus, aut impurius uixit: omnium religionum contemptor,  
præter patrij numinis Heliogabali. Hunc tamen in cloacam proiectum, mox in  
Tyberim cum matre Scenide tractum per milites populus Romanus ita ultus  
est, uti nomen eius ex publicis monumentis eraderet. Vixit ann. XVI.

ALEXANDER SEVERVS.

**M**eliore orbis fato ex Mamæa consobrinus Heliogabalo Alexander iam  
pridem ab impura illa bellua adoptatus, in imperium successit, optimis  
principibus æquandus, innocentia, in uiros bonos beneuolentia, & (quæ præci-  
pua dos principum) singulari in omnes clementia, ut ἀνάμεικτος eius dicatur im-  
perium. Hic expeditione Persica ex animi sententia confecta, dum ad septen-  
trionem uertit arma, Germanis tumultuantibus factione militari tertridecimo  
imperij, uitæ anno undetrigesimo, Maximini perfidia cum matre in tentorio  
necatur. Primus post Adrianum principem, qui ueræ pietatis lumen acceperit.  
Nam CHRISTVM in larario suo semper habuit. Quin illa ex sacris literis sen-  
tentia frequens ei in ore esse: Quod tibi nolis, id in alterū facere caueas. Locum  
etiam Christianis adiudicauit, quibus Popinarij litem intendebant, rescribens  
Deum multo melius quoquo modo coli, quàm Popinarijs assignari.

De Parthorū

## DE PARTHORVM, ET PERSARVM IMPERIO.

**N**on alienū ab instituta serie fuerit, quādo posthac Persarū arma in oriente, post Parthica toties erunt referēda, si breui imperiū utriusq; populi, tū ad nostrā aetate in eo terrarū tractu regnorū seriem perstringam. Primus igitur Parthis Arsaces libertatē asseruit ad eam diem cū ceteris orientis populis regib<sup>9</sup> Macedonū obtēperantib<sup>9</sup>: à q̄ ad Artabanū regē perpetua Arsacidarū gloria per quadringētos, & amplius annos floruit: dissidentib<sup>9</sup> inter se Syriae regibus, Parthis uero per hęc tēpora uaria admodū fortuna cū Romanis cōtendētib<sup>9</sup>, Artaxerxes Persa, uir obscuris admodū parētib<sup>9</sup> ortus, genti suā ueterē imperij gloriā restituit. Tripliciq; praelio Artabano cum tota Arsacidarū familia casso Persas orienti iterū imposuit. Quorū imperiū ad Chosroēn usq; regē, & Heraclium imperatorē per quadringētos annos mānsit, grauib<sup>9</sup> praelijs, alternante fortuna, cū Romanis interim gestis. Qua tēpestate Saraceni ex Arabia pfecti, Maomethe duce, noui delirij autore, Persas primū, mox Romanos uarijs & ingentibus cladib<sup>9</sup> afflixere: floruitq; Saracenicū nomē, Persico sublato, adeo ut nō cōtenti Asiae imperio, maximā Europæ partē sibi subiecerint: ipsam etiā terram Italiā (qđ horreat meminisse animus) mari, terrāq; fœde per ducētos & amplius annos populati. Mox praevalentib<sup>9</sup> Turcarū rebus, diuisum in oriente imperiū est: Saracenis Aegyptū, & Asiam ad orientē sibi uendicantib<sup>9</sup>, Turcis ppiores Europæ prouincias p nostrorū principū segnitie occupantib<sup>9</sup>: repres, saq; interim gentis in Christianū nomē infestissima rabies Gallorū armis Europæ principum, cōmuni expeditione, autorib<sup>9</sup> tamē Francis in eos sumpta, & Hierosolyma nobis restituta. Ceterū nostrorū discordia rebus in Asia labentibus, & modo Tartaris, modo Saracenis de imperio cōtendentibus, Asiae pars, quæ à Tauro ad Euphratē protendit, seruatorū imperio, reliqua ad Hellespontū Turcis cessit. Interim centesimū ab hinc & amplius annum, Tamberlanes inter Scythas humili loco natus ex gregario milite ordinis primo, mox exercitū ductor, Parthis imperiū astruens, uictis omnib<sup>9</sup> finitimis gentib<sup>9</sup>, Syriam cū tota Aegypto populatus est. Inde in minori Asia Paizeti Turcarū principi cōgressus, eum captū cum tota gente ad internitionē cæsa, in uinculis habuit: uictorq; domū reuersus, urbe etiā Marchanti populissima à se cōdita, & uictarū gentiū spolijs ornata, imperiū moriēs duob<sup>9</sup> filijs reliquit. Quorū dissidio res tanta indole parua, retro facile abiit. Stetit tamē regnum trans Euphratē filijs incolume ad Vsuncassanū usq;: qui cū Maomethe etiā cōstixit. Variatū demū in his terris re ægyptiaca interim florēte, donec auditum est aetate nostra Psophis nomē unius ex Vsuncassani hæredibus (uti credi uolunt) fortuna seruati: qui magno hominū fauore ad imperiū ascitus, ueluti hæreditariū odiū cū Turcis exerceat:

## IULIVS MAXIMINVS.

**R**edit nunc stilus ad institutā seriem. Nam Alexandro interfecto, successit Maximinus cum filio eiusdem nominis, Thrax gente, & sauitia insignis: aduersus quē, cum Senatus Pupienum & Balbinū imperatores declarasset, immanitatē hominis, ac barbariem pertesus: ille statim in Italiā cū Germanico, ac Pannonico



ac Pannonico exercitu descendit. Aquileiâq; incassum obfessa, à militibus fame laborantib<sup>9</sup> cum filio necatur. Memorabilis militum uox fuit, cum utrunq; interficerent, ex pessimo genere ne catulum quidē habendum. Imperarunt ambo annos treis. pater sexagenario maior, filius uigesimum annum agens obiit.

BALBINVS ET PVIPIENVS.

**I**mperatores hi primū ex s. c. duo aduersus Maximinū creati. Balbinus nobilitate generis præstans. Pupienus, qui & Maximus, militari disciplina datus, à q̄ & Maximini uicti. Cæterū cum parū inter se cōcordi animo temp. rege-  
rent, à militibus uterq; interficitur, Gordiano puero summæ rerum imposto.

GORDIANVS.

**O**ptimum, ac nobilissimū principem terris Dii dederant, si diu rebus illum præesse uoluissent. Nobilitatē eius auus, paterq; imperatores, & Scipionum stemma genti insertum, bonitatem Romani populi, ac militum, & orbis totius in adolescentē amor attestatur. Sed cum bellum ingens aduersus insolescentes Persas cōflasset, iamq; Misithei foceri diligētia feliciter cōfecisset, Philippipræfecti dolo, qui focer primo, mox princeps, interficitur. haud tamen inulta mors optimi principis fuit: omnes qui in illum cōiurauerant, crudelib<sup>9</sup> supplicijs affecti, & Philippipræfecti nō diu imperiū tenuere. Vixit annos xxii. Imperauit sex.

PHILIPPI.

**D**vobus principibus audita Gordiani morte, à Senātu creatis Marco primū, mox eo breui absumpto, Seuerō Hostiliano, qui & ipse non diu superuixit, Philippus imperium occupat: nec ei gentis humilitas obstare potuit, quo minus imperaret. Nam per omnes militiæ gradus ob uirtutē euectus, tandem præfectus à Gordiano in Misithei locum factus, optimo adolescenti insidias cōparauit: eōq; per dolum cæso, imperator ab exercitu dictus Romā cum uenisset, filium Philippū imperij participē dedarauit. Ipse post quintū imperij annū Veronæ medio capite supra ordines dentium præciso, filius duodenari<sup>9</sup> Romæ necatur: quē adeo tristis ingenij ferunt, ut nunq̄ riserit, & semel ridentē patrem auersatus sit. Sub his sæculares ludī magnificentissimi millesimo ab v. c. anno dati. sunt qui à Christiana pietate non abhorruisse Philippū tradant, quorum testimonio hominis perfidia fidem abroget.

DECIVS.

**I**nuitum, ac penē reluctantē Philippipræfecti hunc imperio præfecit, haud dubie tamē nobilissimis parētibus Bubaliæ inferioris Pannoniæ urbe natū. Nam Philippus nunciata Marini ducis, & Mæsiæ exercitus rebellione, cū Decium ad cōprimēdos eos motus mitteret, recusauit primo Decius: mox etiā admonuit, non esse ex Philippipræfecti re, ut ipse eō cōtenderet. Cæterū fati rem ita trahentibus, ut primū prouinciā attigit, imperator omnium cōsensu dicit: & interfectis (ut dixi) Philippis, cū aduersus Gotthos cū filio audacius, q̄ cōsultius pugnaret, cæsus cum toto exercitu ab his est, corpusq; paludis uoragine absorptū nusq̄ inuentū. Hic charissimus senatui fuit. Et qui à nobis etiā inter optimos principes adnumerari posset, si iniuriā à Christiana pietate abstinuisset: in quā  
plus nimio

plus nimio Philippi etiã odio sæuñt: Fabiano, ac Cornelio pontificibus Romanis martyrio affectis. Vixit tamẽ annos L. Imperauerunt uterque biennium.

GALLVS PATER, ET VOLVSIANVS FILIVS.

**H**I post Decium imperiũ adepti, infelicissime illud per annos duos, & menses octo rexere. Nam cum Scythis tributo annuo drachmarum centum transgere, primi qui Romani maiestatem imperij tam sceda pactione sugillarint: & Armeniam amisere, expulso à Parthis Tyridate eorum rege. Tam scua deinde lues orbem inuasit, quæ ex Aethiopia ortum habuit, ut per annos quindecim terras penè omnes exhauerit. Tandem Aemiliano imperatore facto, uicti prælio, à militibus occiduntur: pater ætatis anno XLVII.

AEMILIANVS.

**T**Rimestrem & hunc imperatorẽ Mauritània nobis dedit, uirum (quod fatendum est) militiæ peritũ, sed ignobilẽ: qui uictis ad internitionẽ penè Gothis, astu etiã adhibito, cũ omnẽ prædam militi promisisset, imperator ab exercitu dicitur. Mox Valeriano ab Alpino exercitu imperatore nobilissimo, ac Censorio uiro creato, qui Aemiliano fauerant ne ciuili bello Remp. conflictarent, Aemilianum necant, soloq; ducis capite res peracta est, anno ætatis eius XL.

LICINIVS VALERIANVS.

**N**illum principem maiore unq; fauore orbis accepit: nullus eo calamitosior ad hanc diem imperio præfuit: uel quod à Sapore Perfarum rege uictus acie, siue dolo suorum, siue eius imprudentia id acciderit, nam utrunq; traditur, miserabili captiuitate apud eos consenuit: uel quod Gallienũ filium post se reliquit, qui Caligulæ, ac Vitellijs simillimus orbem terrarũ penè perdidit: externis hostibus adeo nobis insultantibus, ut sceminæ imperiũ in Gallieni contemptum occuparint. Triginta certe tyranni nescio Remp. magis afflixerint, an aduersus hostes nostros necessarij tutati sint: qui per ea tẽpora in prouum rem imperij labentẽ per Gallieni luxum sustinerent. Vixit Valerianus septuagenario maior, imperauit annos XV. Vir ante imperium summis honoribus functus, & in his cum summa laude, ac uirtutis opinione uersatus.

GALLIENVS.

**A**D Valeriani calamitatẽ accessit Gallieni filij imperium: qui nequissimus omnium mortalium adeo per luxum, ac secordiam imperium affixit, ut per totum terrarum orbem grauissima externa bella senserimus: neq; uero minus à XXX tyrannis uexatæ fuere res. Is Gallienus, cum aduersus Aureolum comparato exercitu Mediolanum usq; contendisset, Aureoli commento iam penè uicti, certe intra Mediolanum obsessi, interficitur quinquagenarius. Imperauit annis XV. cum patre septem, solus octo. Affuit huic principi (quod mireris) animi quandoq; uigor, & ad se ulciscendum audacia: nec minus in eo liberalitatis effulsit, cum nihil unquam petenti denegaret.

CLAVDIVS.

**O**stenderunt & hunc terris numina uerius, qm cõcessere. Quippe cuius principatu restitui ad integrũ res potuerit, nisi intra bienniũ fato occubuisset  
Is enim

Is enim Gotthorū arma late uagantia primus cōpescuit. Naualibusq; ac terre/stribus bellis eorum opes attriuit, ut per omnes prouincias nulla, nisi Gotthica mancipia essent. Alemannorum ad Benacum lacum infinita millia prostrigauit. Illud memorabile, quod Graciā uastitate, quam Gotthorum arma intulerant, Athenis captis, cum librorū ingentem uim coaceruassent, de his comburendis barbari iam cōsiliū ceperant: tum unus ex his, Abstineamus, inquit, hanc iniuriā ab his codicibus, quibus Graij homines dum studiosius incumbunt, minus ad bella idonei fiunt. Illud etiā in Claudio memorabile, quod accepto imperio, cum in senatu uariarēt sententiā, utri prius bello occurreret, Tyrannorū, an Gotthorū: Gotthis censuit prius aggrediendos: quod hi Reip. hostes, Tyranni, principis essent. Praefuit biennio non integro.

## QVINTILIVS.

**H**ic cum dies septem ac decem imperium autore Senatu tenuisset, Aureliāni imperatoris nuncio exterritus, sanguine ē uenis emissio obiit.

## AVRELIANVS.

**H**unc inter principes necessarios magis q̄ bonos multi reponunt. Nam quantum illi gloriā triumphī hostiles, & militaris peritiā uendicat, tantū saeuitiā domi etiā in sororis filiū exercita laudis detrahit. Princeps tamē dignus, qui Claudij etiā prerogatiua Remp. ea temporū calamitate susciperet. Barbaros enim in terra Italia uagantes, triplici praelio afflixit. Monetariorū bellum non sine ingenti cæde sedauit. Zenobiam insolescentem duplici praelio uictam, & per obsidionis moras tandem fractam in triumphum duxit. Aureolum, & tyrannorum non paucos aut interfecit, aut sibi conciliauit, Tetrico unō ex his etiā Lucaniā correctore instituto. Imperauit annis v. Domesticorū fraude inter Byzantium & Heracleam oppressus.

## TACITVS.

**I**n terregnum per septem mēses Aureliano interfecto fuit: cum miles ad Senatum, Senatus ad militē prerogatiuam imperatoris deferret eligendi: tandem patres militari consensu uicti Tacitum Augustum dixerunt: ex quo tantum publice gaudium fuit, uti literas Senatus ad municipia Italiae super ea re dederit. Quam uero amplissimi ordinis iudiciū à militari tumultu distet, Taciti declaratio ostendit: cum in curia testati sunt neminem aut iustius, quā grauem uirum, aut prudentius q̄ doctum imperare posse. Verum hic tantus uir sexto quā imperare coeperat mense, militari scelere periit.

## FLORIANVS.

**H**ic Taciti frater, q̄ si hereditariū imperiū esset, intra LX. imperij diē, tantū ad fortunæ ludibriū solutis sibi uenis, ad Probi imperantis nunciū obiit.

## PROBVS.

**N**on sefellit omen nominis, cum hoc illi cognomē esse potuerit: ut si nō illi fuisset Probi nomen, cognomento hoc appellari potuerit. huic nec Taciti frater obstitit, quo minus orbis totius cōsensu imperator diceretur: nec generis humilitas, cū patrē Dalmatij sanguinis, & eum agrestem habuerit. Vir pacis:  
bb bellicē

bellicq; artibus longe clarissimus. huic per sex annos, quibus imperauit, uicti Sarmatae debentur. Tyranni per hunc omnes sublati: pax uniuerso terrarum orbi restituta. celebris uox eius excepta inuidiam peperit apud milites: neq; em̄ necessarios amplius dicebat fore milites, ubi hostes deessent: quos nusquam uirtute sua futuros mox sibi promittebat.

## CARVS.

**N**Arbo Martius hunc genuit imperatore bonū, sed ad posteros etiā commēdatiore multo futurū, nisi Carinū flagitiosissimū principē reliquisset. Hic bello Persico capta Seleucia, & Ctesiphonte, dum ad Tigrim fluuiū castrametatur, fulmine ictus periit: Numeriano filio ab Apro socero mox interfecto adolescēte tum pbitatis, tum eruditionis egregiā, maxime autē ad poetice natio: & Carino Romae p̄ Diocletianū principē caeso. hi tres uix trienniū explerūt.

## DIOCLETIANVS, ET MAXIMIANVS AVGV.

**S**Vbeat forsitan admiratio multos hac nostra principū relatione, q; paucissimi Quiritij sanguinis, omnes ferē externos, & pudenda q̄sdā etiā originis, nō tamē p̄cēditēdos recēseam. Sic haecenus Deciū Pannoniae, Aurelianū Daciae, Claudiū Dardani, Probū Dalmatae, Carū etiā Galliae sibi uendicant. Quid qd' eadē Dalmatia alterū etiā nobis imputet, omnib; aequandū principib; si à piorū sanguine abstinuisset, Diocletianū? Is em̄ Salonis ortus, libertini etiā sanguinis, cum molem imperij grauiore animaduerneret, q; ut unus esse uniuersae par posset, Maximianum Augustum creat: ambōq; duo sibi Caesares, Galeriu, Armētariū cognomine, & Constantiū Constantini Magni patrē dicunt. Diocletianus igitur, quando per partes rem tutius confici posse ratus est, Maximianum Gallijs praeficit: eōq; cōfecto bello, in Africam aduersus quinquagenarios transire iubet: utrobiq; sedati tumultus. Africanus certe aliquanto difficilior: q; quinquagenarij, & supra cum annorū numerū ueteranus miles ad obsequium tam facile redigi nō poterat. Interim Aegyptū Diocletian; inuadit. Achilleum incubatorē imperij Alexandriae per menses aliquot obsessum, & in potestatem redactum feris lacerandū obijcit: potētissimus quisq; caedibus, ac proscriptione petiti. Interim aduersus Narseum Persarum regem Galerius infeliciter primo, mox reparatis copijs, ira etiam animos illi faciente, q; ad Diocletiani carpentū post cladem acceptam per mille passus pedes currere coactus est, egregie uicit Narseo fugato, & caesis magna ex parte Persis, pellicibusq; cum gaza omi regia captis. Haec uictoria Galerij uirtute, & audacia parta: qui exploratis prius hostium castris, noctu cum xx. millib; equitū Persas aggressus, dedecus acceptū hosti repēdit. Diuersa etiā parte Constantius ab Alemannis improuiso insultu primū uictus, & eodem die mox uictor. Lx. eorum millia cecidit: ea clade Germaniae attrita, Galliae liberata. Sicq; pacato orbe post annorū imperium xx. Diocletianus Nicomediae, Maximinianus Mediolani imperiū eodē die deposuere. Rem miram, & ad hanc aetate incognitā, ut sponte nec praegruate saltem senecta, uel rerū mole, uterq; in ordinē se redegerit. Diocletian; certe cōstantius in proposito mansit. Nam per decem annos quot priuatus Salonis superfuit, hortorū

hortorū amcenitati uacans, iterum ad imperium sollicitatus, à priuata uita abduci non potuit, testatus nullos sibi unquam soles latiores affulisse. Obijt autē duodecoginta natus annos, uel alienatione mentis, uel ueneno hausto, ueritus Licinium, ac Constantium, qui illum tanq̃ Maxentij fautorem grauiter increpauerant. Sed & Maximinianus dum Constantio genero insidias parat imperium affectans, Massiliae captus Constantij iussu necatur.

CONSTANTIUS CHLORVS, ET GALERIUS

MAXIMINVS AVGV.

**S**UCCESSERE Diocletiano Iouio, & Maximiniano Herculio cognominibus, duo ab his antea dicti Caesares, Constantius uidelicet Chlorus, quasi uirentem à colore dicas, & Galerius Maximinus. Sunt qui ex ueteribus monimētis, Maximianū magis probent: sed quocunq; cognomine hic fuerit, diuerso, quod constat, ingenio uiuere. Constantius benignus, ac facilis, atq; ad promerendam Gallorū gratiam, quibus praerat, propentior, nec à uera pietate abhorrens. Galerius trux, ac propè immanis: ut qui rus, unde uenerat, oleret, nostricq; sanguinis appetentissimus. Sed cum undecim annos Constantius Gallias, & Hispanias in summo ocio tenuisset (Nam Africam, Italiamq; sub imperij initia sponte dimiserat, ratus id grauioris esse oneris, q̃ ut ab uno sustineri posset) Eboraci decessit, moderati principis fama, & Constantino filio successore felix.

Galerius imperiū adeptus, molem & ipse secū rei reputans, duos sibi asciscit Caesares, Seuerum & Maximinianum iuniorem: illum Italiae, hunc Africae & orienti praeficit: ipse Illyricum sibi medius asciscit. Verum non multo post genitibus putrescentibus, uitae tædio uim sibi gladio intulit.

SEVERVS ET MAXIMINVS IMP.

**S**EUERUM haud multo post Maxentij factio Romae intra tabernas opprimit, & Maxentium Herculij Tyrannici uirum spiritus sibi praeficit: aduersus quē dum Maximinianus festinat, militū suorū defectionē ueritus, retro in Illyrium cōrendit: ubi ulcere inguinibus innato, cū deessent remedia, nec medici ob hominis immanitatē opem ferre auderēt, uermib; undiq; erumpētib; obiit, Christiani sanguinis usq; ad insaniam pridem effusi incallum poenitens. Vir belli, pacisq; artib; insignis, nisi crudelitate nimia in nos tantas uirtutes fecdasset. Solus annos duos cum Caesaribus, & Licinio imperij consorte XVI praefuit.

LICINIUS ET CONSTANTINVS.

**L**ICINIO Dacia natale solum fuit. Militaris disciplinae ad ueterē normam feruerrimus exactor. Rusticis & agrarijs hominibus (ex eo em̄ genere fluxerat) æquus: auaritiæ & Veneris studio infamis, morib; planè barbaris: & literis adeo infestus, ut uirus, ac pestem publicam eas appellaret, sed cur eas non odisset, quarū adeo expers erat, ut ne decretis quidem subscribere posset. Illud in eo nō reprehendas, quod spadonū, aulicorūq; insolentiam mire cōpescuit, tineas, soricēsq; palatinos appellans. Hunc Constantinus nouas res molientē, primū in Pannoniæ campis fudit: mox reparantē uires incredibili celeritate ex Europa in Asiam expulit: malēq; reconciliata iterū gratia per Constantini sororem

bb 2 Constantiam,

Constantiam, quæ illi uxor erat: cum rebelles animos homo uecors retineret, etiam contra sacramenti fidem Theſſalonica interfici iuſſus eſt. Imperauit ann. XIII. ſexagenario maior, Chriſtianis infeſtiſſimus. Vnde illi diſcordiarum ſemina aduerſus Conſtantinum aciora.

M. FLAVIUS CONSTANTINVS CONSTANTII AVGV.

**F**elicioſius auſpicijſ, ac meliore partium noſtrarum euentu, rerum tandem Conſtantinus potitur ex Helena Conſtantij uxore ſuſceptus: & cæteris fratribus ob egregiam indolem, cum illi ſegnitiem præ ſe ferrent, patris etiã teſtamento prælatuſ. Hic ſub Galerio rudimeta militiæ feliciffime auſpicatuſ, parta ex Sarmatis egregia uictoria, uerituſq; ex ea laude glifcentẽ inuidiam ad patrẽ tranſfugit: cõq; mortuo, Gallias, Hiſpaniaſq; & Cottias alpeſ obtinuit: Conſtantio patre id multo ante ſomnio præſagiente, egregium imperatorẽ fore, qui Dei militib; opem primuſ ferret. Iamprimũ igitur ueteraniſ militib; agros aſſignatos, ut ad filioſ ſuoſ tranſirẽt, prim; inſtituit. Tertio imperij anno accerſituſ in Italiam ab iſ, qui Maxenti; tyrannidẽ ferre nõ poterant: biennio totã Italiam urbemq; Romã priſtinã maięſtati aſſeruit, Maxentio Tyberiniſ gurgitib; abſorpto. Inde abnegato idolorũ cultu, Chriſtianam puritatẽ ita amplexuſ eſt, ut præter egregia dona Diuorũ noſtrorũ tẽplis illata, CHRISTVM ab omib; colendum præceperit, tẽplãq; illi, & alijs numinibuſ erexerit, nec alia magiſ cauſa acriuſ in Liciniũ exarſit, q; q; ille aduerfare; nobiſ. Bella cõtra Barbaroſ multa feliciffime cõfecit: unde primuſ Romanorũ principũ Magni cognomentũ tulit. A bellis ad paciſ ſtudia conuerſuſ, optimũ principẽ primis anniſ egit. Leges ſanctiſſimaſ tulit: literiſ & ipſe impenſe ſemper ſtudiuit, & eaſ fouit. Religioniſ adeo obſeruantiſ, ut Nicenam ſynodũ CCC & XXII patrũ multiſ diſſidẽtib; indixerit. Byzantiũ inſtaurauit, imperatoriãq; urbem & nouã Romã appellari uoluit. moriẽſ & Conſtantinopoli ſepultuſ, treiſ liberoſ, & Dalmatiũ fratris filium ſucceſſoreſ reliquit. XXX & ampliuſ annoſ imperantiſ, tredecim uero ex hiſ ſoluſ. De eo ſic memoriã prodiit, decem primoſ annoſ ut præſtantiſſimuſ dicereſ. XII ſequẽtib; latro, decẽ nouiſſimiſ pupilluſ ob immodicaſ largitioneſ. De eiꝯ baptiſmate uti uariant auctoreſ, ſic cõſtanti fide, quæ de imperij donatione circũferunt, uti minus ſimilia ueri nõ probant. Sed ali; hoc uiderint.

CONSANTINVS, CONSTANS, ET CONSTAN-  
TIVS CONSTANTINI FILII AVGV.

**H**I tres imperiũ, qd; p; manuſ à patre acceperũt, ita partiti ſunt: ut Conſtantiuſ maximuſ natu Gallias, & Hiſpaniaſ, Britanniãq; inſulam obtineret, Conſtanti Italia cum Illyrico, & Græcia cederet, Byzantiũ & Oriẽſ Conſtanti; eſſet, qui Dalmatiũ ſociuſ imperij haberet: quẽ haud multo poſt dolo exceptũ militari factione oppreſſit, cũ annoſ treiſ imperaſſet. Nec durauit diu fratruſ cõcordia: ſiquidẽ in nefariũ belluſ raptiſ fratreſ: nam Conſtantiuſ gallico exercitu fretuſ, Conſtanti fratri belluſ intulit, qd; dum cupidiuſ, q; cautiꝯ gerit, ad Aquileiam exceptuſ inſidijs nõdum triennio finito, uulneribuſ conſectuſ periit. Inde Conſtantiuſ uictor, cum non ſine labore prouinciaſ tranſalpinas in poteſtatem

in potestatem redegit, egit primum optimum principem: mox aduersa ualitudine, siue rerum felicitate mutatus, ingratus omnibus esse cepit. Donec & ipse Magnentij dolo dormiens intra tentorium, ad Helenam oppidum oppressus est, cum imperasset annos XIII. uixisset paulo plus XXX.

Constantius eadem fratris ulturus, ingenti exercitu aduersus Magnentium coparato, ingenti illum praelio & memorabili, ad Murtium fudit: quo Romani uires imperij penè concidere, LIII millibus utrinque desideratis. Mox cum Magnentius bellum reparasset, & ad Lugdunum iterum uictus esset, gladio sibi latus aperuit: sed & Decentius frater, qui Cæsar ab eo dictus fuerat, laquei morte prepostera uitam finijt. Nam Britannioni antea Constantius ueniam petenti facile dederat. Is Britannion adeo expers literarum est habitus, ut ne prima quidem elementa calleret. Cæterum Constantius Gallum à se antea dictum Cæsarem ferocentem, & insolescentem supra Cæsaris nomē interfecit: & contra Persas infeliciter confligit militum suorum stultitia. Quibus ad sua abeuntibus, quæ Massagetæ uastabant, dum Romam inuisit, Iulianum Galli fratrem, treis & uiginti annos ætatis agentem, Cæsarem à se factum, in Gallias aduersus Alemannos eas uastantes misit. ipse in Persas iterum contendens, dum ægre ferret Iulianum à militibus Augustum esse dictum, apud Mopsucrenen iuxta Tauri montis radices æstuantissima febre decessit. Vixit ann. XL. Imperauit XXIII.

## IULIANVS.

Constantio extincto, Iuliano facile cuncta cessere. Puer hic ingenio sublimi, callido, & literarum ardentissimo, Gallias sub primum accessum præter omniū spem, Alemannorum incursum uastatas asseruit, regemque eorum cepit: inde Augustus à militibus salutatus Parisijs, mortuo (ut dixi) Constantio, aduersus quem bellum ciuile parabat. Persis, adepto imperio, bellum indixit, ubi dum inconsultius agit, Persæ uiri dolo in deserta cum exercitu ductus, conto traiectus perijt. Sunt qui sagitta è caelo missa uulneratum dicant. Vnde in nefariam uocem erumpens, uicisti Galilæe (sic enim CHRISTVM appellabat) occubuerit. Christianos impio quodam odio adeo insectatus, ut studia, & militiam hisce interdixerit: plerisque præmissis, & illecebris, quasi machinis à uera pietate auerterit. Quinetiam imperator (ita Deo uisum) aduersus nos libros ædidi. ille uero si ingenium, indolemque egregiam ad ueram pietatem, quam puer imbiberat, conuertisset, inter egregios principes adnumerari potuit, decessit annos agens alterum & trigessimum. Solus annum unum, menses treis imperauit.

## IOVINIANVS.

Hic Varronianus pater, Pannonia patria, staturæ proceræ, ingenij amcenissimi, nec à literis abhorrentis: qui à militibus primo imperator salutatus, deceptis similitudine nominis, quasi Iulianus reuixisset, cum Persis pacem magis necessariam, quam honestam, Transigritanis prouincijs quinque amissis inijt. Accessit nouæ ignominie dedecus grauius: uetus imperator Ro. Arsaci socio opem ferre. Perijt octauo imperij mense Dadastanis oppido, dum cubiculum ingreditur noui testorij, prunis etiã ardētibus, siue, ut alij, stomachi cruditate XXXIII ætatis anno.

bb 3 Valentinianus,

*Julianus Apostata*

## VALENTINIANVS, ET VALENS AVGV.

**D**edit & hos Pannonia principes Gratiano patre ortos, primū Valentinianus ab exercitu Niceæ, inde Valens ab eo Augustus, imperijq; cōsors dictus: qui Procopium temere imperiū inuadentē, Constantino poli oppressere. Inde Gotthi, & barbaræ nationes à Valentiniano Thracia exturbatæ. Septentriōq; om̄is cum Saxonibus ad officiū eiusdē opera redacti. Parthi è Syria per legatos eieci. Inquieta Germania Theodosij maioris auspicijs pacata. Ipse dum Quadorū legationē latrocinia excusantē audit, subito morbo uenis arefactis, ut sanguis mitti nunq; potuerit, obiit Gratiano filio prius Augu. appellatione donato, imperij accepti anno XI, mense VIII. Die XX. uitæ LV. Valens post fratris interitū, Arrianae factionis fautor, dum aduersus Scythas & Gotthos pralium ferocius, q̄ cautius ciet, uictus ab his acie, uitam, imperiūq; amisit, igne intra tuguriū, in quod cōfugerat, iniecto. Digni imperio fratres, & inter bonos referendi, nisi Valens Arriano delirio uirtutes egregias inquinasset.

## GRATIANVS, ET VALENTINIANVS.

**H**aud sanè improbandum principē numina terris dederant, si quantū literis & militari disciplinæ uacabat, ac uenationibus, tantū curæ ad remp. cognoscendam impendisset. Nam pietate in suos egregius, Valentinianū adhuc puerum Augu. dixit, patre, patruōq; extinctis. Mox Theodosium Hispanum consortem imperij adsciuit. Verum dum spicula tantū, & arcus meditat, dum Alanum militem Romano præfert, Maximi ducis insidijs circumuētus perijt, cum imperasset cum patre annos octo, cum patruo treis, cum Theodosio IIII. Valentinianus à Maximo emissus, Theodosijq; ductu postea restitutus in imperium, Maximo tyranno interfecto, mox Eugenij & ipse post Maximum tyranni dolis uictus, laqueo seipsum necauit.

## THEODOSIVS.

**H**ic Honorio patre, & matre Termantia, haud dubie inter optimos principes adnumeret: quippe qui remp. Gotthicis armis penè oppressam accitrus ex Hispania (quæ illi patria) à Gratiano restituerit, Maximū tyrannum & Andragatiū præfectum eius subito in cursu uictos occiderit, Valentiniano imperium asseruerit. Mox Eugenij tyrannū in Valentiniani ultionē sustulerit, nō sine numinis manifesto indicio: cū multo minorib; em̄ copijs illi cōgressus, militante illi æthere, & cōiuratis in eius auxiliū uentis, ut poëta eleganter cecinit, uictoriam insignē adeptus est. Fuit autē hic princeps morib; & corpore Traiano principi similis: summa in eo demētia, incredibilis in suos pietas, rei militaris disciplina sagax, nec à literis alienus, simplicij ingeniorū admirator: pietatis nostræ adeo obseruator, ut summa ciuilitate ab Ambrosio antistite castigatum se, adytisq; prohibitū tulerit. Obijt Mediolani ætatis anno L. imperij undecimo.

## ARCADIVS, ET HONORIVS.

**H**osce pueros Theodosius uiuens, imperij consortes fecerat: & moriens, quando atas rerum moli nō responderet, treis imperij tutores testamento sanxerat, Arcadio Rufinū, Honorio Stiliconē cōmédans. Africa uero Gildonē præfesse



præesse uoluit. Prior Ruffin<sup>9</sup>, dum Gotthica sollicitat arma, ut imperium metu ab Arcadio extorqueret, perfidiæ pœnas dedit: pariçq; pœna Caianus Ruffini sceleris popularis afficit. inde mox Arcadius, cum Byzanti<sup>9</sup> regnasset ann. ferè XIII. obiit, Theodosio filio relicto. Maior rerum moles Honorii Romæ agentem excepit: qui rebellantē Gildonem cum Mascezelis fratris ductu superasset, eundem quoq; Mascezelem rebellem expertus, Bonifacij ductu uicit. At Stiliconis perfidia eo perniciosior, quo occultior fuit. Nam magno nostro dedecore cum Gotthi Italiam uastassent, urbemq; Romā cepissent, astu Stiliconis rem adiuuante, tandem re ab Honorio cognita, Stilico cum filio sublatus est, qui genere Vandilus, & militaris disciplinæ scientissimus, Honorij etiam socer, si quā operam in perdendo ad Fesulas Radagaso cum ducentis Gotthorum millibus præstiterat, in asserendo imperio præstitisset: nec Romam Alaricus Gotthorū rex unquam cepisset, nec orbem totum dadibus assiduis inuoluisset. Decessit autem Romæ, cum annos duos & XXX imperasset.

## ROMAE CAPTIVITAS.

**N**on potui non uehementer mirari tantam uel temporū iniuriam, uel scitorum inertiam, tum ueterū, tum recentū fuisse: ut cum Romam orbis reginā captam ab Alarico Gotthorū rege, anno post eam cōditā millesimo C. LXIII. certatim omnes memoriæ prodant: seriē tamē rei, aut indagandā nō censuerint, aut indagatā tançq; rem planè ignobilē, nec scitu dignā obliuione inuoluerint. Pro Deūm, hominūçq; fidē, urbs orbis totius regina, quæq; eo auspicio cōdita credat, ut caput orbis semp̄ esset, & q̄ toties de barbaris gētibus, orbēq; triumpharet, capiti Gotthico astu, & interim rei series, ordōq; nescit. Ego uero id minime patiar, & omnis antiquitatis illustrandæ studiosus, hanc quoq; rem tam memorabilē nō negligam. Astu autē barbarico capta tradit in hunc fermē modū: quē Procopius solum ex omib<sup>9</sup>, quos legi, tradat: ut mirer ab interprete uel rem totam dissimulatā, uel cum in mutilum græcū codicē incidisset, non animaduersam. Ille igitur in hanc sententiā. Obsederat Romā Alaricus iam biennium: nec Honorius, qui Rauennæ desidebat, aut ferre suppetias poterat, aut audebat. Nam cū nihil minus, çq; de urbis salute sollicitus esset, Stilicone interfecto, ducem exercitui minime præfecerat, qui rem aduersus Gotthos administraret. Vnde Gotthis obsidendæ urbis cogitatio, Romano milite aut dilapso, aut segniter rem agente. Verū eam frustra obsessam, cū expugnare ui non possent, ad dolum hostis barbarus uertit. Profectionē in patriā simulat, trecentosq; iuuenes, corporis & animi uī præstantes deligit, q̄s Romanis principib<sup>9</sup> donat: instructos prius, ut omī obsequio dominos suos promereri studeant, & ad certā diem circa meridiē, cū Romani principes somno, uel otio uacaret, ad Asinariam portam aduolent: interfectisq; improuiso insultu custodib<sup>9</sup>, portā sibi præstō futuro aperiant. Interea Gotthi cū reditū, alia atq; alia deesse sibi simulant: differrent, trecenti illi iuuenes occasione egregie usi, portam statō die suis aperiant: & intromissus Gotthus maiore ignominia, quā damno urbem omnem populatur. Sunt qui Probæ illustriæ scēminæ & opulentissimæ opera

bb 4 patefactam

patefactā Gotthis portā existiment, cū plebē Romanā passim fame, & morbis pecudū more cadentē miseraret. Duo sunt cognitu nō indigna. Vnū, edictū ab Alarico fuisse: ut quicūq; in tēpla diuorū cōfugerēt, præcipue Petri & Pauli, his nulla uis inferret, qd' & summa fide seruatur. Alterū, qd' cū nunciatū Honorio esset Rauennæ Romā perditam, credidit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Romæ, significatū esse: admiratumq; uehementer tam subito periisse eum, qui cum pauloante festiuissime luserat. Adeo socordis ingenij princeps, nec quicq; omnino paternæ, auitæq; uirtutis referēs, qd' & Arcadio fratri uitio datum est. Nam Eudoxiæ uxori addictus, cū alia improbe fecit, tum Chrysostomū antistitem sanctitatis & eruditionis egregiæ, uxori plus æquo in seruiēs, in exiliū egit.

## IOANNIS BAPTISTAE

EGNATII VENETI ROMANORVM

PRINCIPVM LIBER SECVNDVS.



SEQVITVR abhinc ætas, in qua mihi orbis totius clades, regnorū tristes exitus, imperia funditus excisa, mutationes rerum frequentissimæ referendæ sunt: ut intelligat mortalitas nihil esse inconstantius ijs, quæ tantopere ut æterna miramur. Adeo em̄ uitæ, fortunæq; ista bona, in quibus opinione uulgi sita summa felicitas est, fragilia, caducâq; sunt, ut nihil his esse possit cladibus, ruinisq; magis obnoxium: qd' cum uetera illa Asiæ imperia, tum uero nominis Romani maiestas facile declarat, quæ felicibus auspicijs orta, latissimis rerum successibus aucta, uiris clarissimis instructa: quorū uirtute, ac consilijs, ad amplissimum fastigium sit euecta, legibus, institutis, Deū pietate illustrata: cōciderit tamē, & funditus euersa sit: ut quæadmodū illa de toto terrarū orbe triumphos retulerat, sic nulla ferè hodie in terris gens agat, aut antea fuerit tam immanis, tam barbara, quæ non aut auitas iniurias, aut suas illi rependerit. Huc accessit, quod eorū deinde, qui sequentur, principum, partim ignauia, partim auaritia, res adeo nostræ pessum iere, ut ad rem Romanam sistendam, alienæ, atq; externæ uirtutis eguerimus: adeo mascula illa Romuli proles, & Italica uirtus simul cum imperij lapsu consenuerat. nec Romani postea pontifices ambitione plus q̄ immodica, pronam iam per se in casum rem Italicam nō funditus afflixere: dum studijs suis nunc Francos, nunc Germanos, atq; alios quosuis potius q̄ Italicos principes patiuntur. Illi uero quantum Romanæ, atq; Italicæ maiestati semper detulerint, uel illud argumento esse potuit, cum se Cæsares, aut Augustos pro Henricis, & Federicis dici malint: cumq; se nunc Reges, nunc Romanorum Imperatores appellari gaudeant. Cæterū nec querelæ locus hic est, & ipsa nostra hæc commentatio etiam nuda satis allatura doloris, ac molestiæ legentibus est. Quare Theodosium ipsum iuniorem aggrediamur.

Theodosius